Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vocatur iohnes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in
cognacione tua qui uocetur hoc nomine. Innuebat autem
patri eius quem uellet uocari eum. Et postulans
pugillarem scripsit dicens. Johnes est nomen eius. Et
mirati sunt omnes. Aperum est autem illico os eius. Lig
ua eius. Loquebatur benedicens deum. Et factus est timor
super omnes vicinos eorum. Insup omnia montana iudee di
uulgabantur omnia uerba hec. Et posuerunt omnes qui audie
rant in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit.
Et enim manus domini erat cum illo. Et zacharias pater
eius impletus est spiritu sancto. Ipsi prophetauit dicens. Bene
dictus dominus deus israhel. quia uisitauit. Fecit redempcion
plebis suae. Johnes Pauli. lectio libri Sapienciae.
Ii sunt uiri misericordie quorum iustitiae obliuione non
acceperunt. Cum semine eorum permanent bona here
ditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen
eorum. Filii eorum propter eos in eternum manent. Generacio eorum
Gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta
sunt. Et nomen eorum uiuet in seculum. Sapienciam eorum nar
rabunt omnis populi. Laudem eorum pronuntiat omnis ecclesia
sanctorum. Ew. Ad tendite ascendite. In vigilia apostolorum
Petri et Pauli. lectio
Petrus et Johnes ascendebant. Actuum apostolorum
in templum: ad horam orationis. nonam. Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris sue
baiulabatur. quem ponebant quotidie ad porta templi
que dicitur speciosa. ut peteret eleemosinam abintrantibus
in templum. Is cum uidisset Petrum et Iohannem
incipientes intrare in templum. rogabat ut etiam
acciperet. Intuitis autem in eum Petrus cum Johanne.